Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



aliquid contra fratrem uerum. semp pro ipso debebis rogare dm; Dns crucifigitur.
& pro crucifigentibus rogat. Uos autem si audieritis uerbum malum. ne teneatis iram;
sol non occidat super iracundiam uestram; & operiantur sicut deploide confusione sua;
Deplois. genus. e. pallii. Denique & in hebraico maid dicitur. Deploris ideo quia duplex
est pallium; propterea ego dico tibi dne. Inimici mei sunt iudaei persecuti sunt me.
Crucifixerunt me. fecerunt mihi omnia mala. blasphemauerunt me. Indulge illis
quia ego qui passus sum rogo pro ipsis; & quid rogo. Erubescant & confundantur.
& sic saluentur; Nudi sunt. tunicam meam perdiderunt; Dail lis confusionem. Dail lis igno
miniam. & habeant. Duplex pallium. hoc. e. ne simplicem habeant confusionem.
sed duplicem. ut magis agant paenitentiam; Ni dicit contra iudaeos. sed pro ipsis
dicit. Creatorem. e. & illorum & nostrum; Neque eos omnino erradicauit; uulta sare
petrus ex ipsis erat. & omnes apostoli ex ipsis erant; Nos in radice ipsorum insesti
sumus; ~~radicem~~ depecemur dnm. ut sint hi tami saluifacti sunt. sicut radix saluatur.
fortea aliquis dicat; Tu pro iudaeis ora. pro blasphemis. ora dnm pro ipsis. sicut ipse per
secutorem suorum miseretur quanto magis eis miseretur; Confitebor dno nimis in ore meo;
hoc post resurrectionem dicitur. & de futura ecclesia cantatur; & in medio multorum
laudabo eum. Ni in iudea solu. sed & in uniuerso orbe in ecclesia laudabore; Quia ad
stetit a dexteris pauperis. Diabolus a dexeris iudae stetit. Ceterum mihi dns
stetit a dexteram pauperum. Ut saluam facere & a persequentibus animam meam; Animam in
quod saluauit; & alibi dicit. Tristis. e. anima mea usq: ad mortem. Qui tristis. e. sensum
habuit. Insensibilis enim anima. sensum non habet. Insensibilis anima sensum non habet
sensum neq: dolorem; Ubi enim dolor. e. & tristitiae. ibi sensus. e. Si ergo doluerint Nobis dicere
propterea non dicamus eum habuisse sensus ut non uideatur habere peccatum. Nos illis respon
deamus; habuit cor pus sicut & nos. aut non habuit. si dixerint habuit. respondeamus
illis. Ergo habuit & passiones corporis nri; Intellegatur unusquisq: qd dico. Si aut negauerint
eum habuisse passiones corporis. Ergo dicamus illis quod nec cor pus habuit. & nos dicam illis;
sicut cor pus habuit ue rum sicut & nos. & non habuit peccatum corporis. tra & anima ueram
habuit. & peccata animae non habuit. Nos ergo confitemur uerum corpus eum habuisse.
& uerum animam. Si eum suscepit dns cuncta quae hominis sunt saluauit hominem. Si aut suscepit
corpus: animam aut non suscepit. Ergo cor pus saluauit animam aut non saluauit. Nos aute.
uolumus magis saluare animam nrm quam corpus; suscepit ergo dns & corpus & anima. ut
utrum q: saluet. ut perfectum hominem saluet. sicut eum & condidit; si ergo dicunt illi quia deo
dns non accepit sensum ut non peccaret. & hoc putant qd quicumq: sensum habuerit humanum
uincere eum non potest. Dicat nobis iohannes baptista habuit sensum aut non habuit illo tempore.
in quo erat In deserto peccauit. Ut quid dicit quia non peccauit. Denique & dns nt dicit.
Si ergo habuit tristitiam. si habuit dolorem. ergo habuit & sensum. non sensus dolores;